



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XCVIII. Sancti Patris Benedicti. M.CX.VIII

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

rum situ atque pedore extraxit. Confessiones autem piacularis excipiens, pari felicitate multos, eosque inter Nobilissimos nonnullos mirifice convertit, & ad saniora sanctioraque perduxit. Quæpropter Philippo II. Hispaniarum Regi ejusque sorori Mariae de Austria Imperatrici, multisque alijs Principibus valde charus fuit, qui dubijs maximè in rebus ejus consilio nitebantur, & vix ab ipso aveli se, sive distrahiri patiebantur. Claruit multis & in vita & post mortem miraculis, quam, ut plurima alia, spiritu propheticō disertè & distinctè prænunciavit, mox ut vita excesserat, prodigia cœlestis odoris fragrantia, non. è corpore solum ejus, sed & imagine, sive effigie ejusdem, alicubi asservata miraculosè emanante. Vixit annos sexaginta. Ex libro Inquisitionis super vita & miraculis ejusdem, Egidio González, Davila, Jepes, Perez, Vita Mta., Mendo &c.

In Gallijs celebrantur ab insigni eruditione Lupinus Claræ vallis Abbas vir Religiosissimus, inde ad Carnotensem. Cathedram. postulatus & Episcopus consecratus, familia de Myrrha; & Claudius Sainctes ibidem Monachus, uterque relictis ingenij monumentis immortalis. Quo ipso tempore floruit etiam P. F. Dionysius Barrahona, qui Philosophiam in Monasterio Meyrae professus, ex unico Curso suo, ut vocamus, 17. d. scipulos promovens ad Theologiam, adeo insignes & eruditione & pietate, ut ex ijsdem, tres Congregationis Generales, tres item Episcopi, duo Archiepiscopi, duo Abbates perpetui, duo publici SS. Theologiae in primis Cathedris Salmanticae & Compluti Professores, unus qui Regi à Concionibus, unus Calatravae Magnus Prior, reliqui Triennales ex more Abbates eligerentur. Ut ex una Monasterij schola facile animadvertis, quantum subinde emolumenti & ornamenti toti Regno eveniat. Manrique, &c.

Eodem anno miri successus Illustrissimæ & Reverendissimæ Dominae Mariæ nostræ de Bellavillier Montis Martyrum. Abbatissæ, ope præsenti Consolatrix afflitorum, cum sancta Abbatissa, infanda intueri cogeretur in credito sibi Monasterio, nec sciret

quà ratione tot tantisque malis, unica omnibus, & quidem in pravitate obstinatissimis sese opponeret. Opposuit sè ipsius, sanctis Abbatissæ conatis, qui animabus curandis præfetus, ipse ad omnem carnis licentiam. ijdem & auctor & ductor erat, verum ad preces Mariæ nostræ morbo quàm primum lethali correptus ac desperatus, mirisque portentis vexatus & teritus, donec nocte quadam in somniis Deiparam corona splendida insignem Ejus hostia intuitus, mortem minitatem, nisi à Deipara quād primū Monasterium à se tot cedere configitur.

Latini
Lupini
Claræ
vallis.

Dionysius
Barrahonae.

Manrique,
&c.

In Gallijs celebrantur ab insigni eruditione Lupinus Claræ vallis Abbas vir Religiosissimus, inde ad Carnotensem. Cathedram. postulatus & Episcopus consecratus, familia de Myrrha; & Claudius Sainctes ibidem Monachus, uterque relictis ingenij monumentis immortalis. Quo ipso tempore floruit etiam P. F. Dionysius Barrahona, qui Philosophiam in Monasterio Meyrae professus, ex unico Curso suo, ut vocamus, 17. d. scipulos promovens ad Theologiam, adeo insignes & eruditione & pietate, ut ex ijsdem, tres Congregationis Generales, tres item Episcopi, duo Archiepiscopi, duo Abbates perpetui, duo publici SS. Theologiae in primis Cathedris Salmanticae & Compluti Professores, unus qui Regi à Concionibus, unus Calatravae Magnus Prior, reliqui Triennales ex more Abbates eligerentur. Ut ex una Monasterij schola facile animadvertis, quantum subinde emolumenti & ornamenti toti Regno eveniat. Manrique, &c.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XCVIII.
Sancti Patris Benedicti. M. CX.VIII

M

ortalibus valedicit felici pro magnis meritis assertus immor-talitati Reverendissimus & Illustrissimus Princeps ac Dominus Joannes no-ster Saracenus, ex Abbatte S. Vedasti Cameracensis Archiepiscopus, Bruxellis religiosissimè extinctus, Regi Catholico charissimus, verus Patriæ Pa-tet, fama post se relicta immortali, ob studium & operam Catholica Re-ligionis in maxima Belgij parte con-servatæ, cui pro meritis, ad S. Vedasti, ubi sepeliri elegit, sequens est pos-
sumit Epitaphium:

Joannis Sarraceni, quod fuit hic ja-cet; viri planè incomparabilis, qui ab in-eunte etate hujus Canobij Monachus, per officiorum illustrum gradus, ad supremum Abbatiale culmen deductus est; quo in munere quinque ferè Olympiades, perse-verans, toti Artesie velut Tute-lare Nu-men afficit, interitus perduellum Fidei Ca-tholicae ac Regis hostium, à quibus proin in teturum Atrebatii carcerem coniectus, in-de postea eductus, apud Philippum II. pro motibus Artesie componendis legatione per-functus est. Inde redux à Consilijs statutis Catholicae Majestatis & Artesie factus;

*Moritur
Joan Sar-
racenus Ar-
chiep. Ca-
meracensis.*

san-

tandem Archiepiscopus Cameracensis ob-
it anno 1598. 3. Martij.

Succedit eodem anno Illustrissimo
Saraceno in Abbatia S. Vedasti, haud
imparibus deinceps talentis praditus,
meritis maximis Philippus Caverellius,
Præfus omni laude major, doctri-
na, genere, & virtute nobilissimus, de
quo plura suo tempore.

Meritissimi sub hoc ipsum tempus
Hieronymus Casinensis Abbas, & Vi-
ctorinus Mansus ejus in honore dignis-
simus Successor, quorum liberalitate,
insigne Seminarium, sic vulgo appelle-
lant, ad juventutem Clericali discipli-
nasi simul & litteris imbuedam exstru-
ctum & instructum fuit. Unde col-
ligas, per nostros, summa cum utili-
tate Reipublicæ Christianæ, ad Cleri-
corum sustentationem atque educatio-
nem, quod sexcentis ejusmodi exem-
plis edocere possemus, à tot facultatis,
nihil unquam desiderari potuisse; et si
sepius tanta hæc gratia vix agnoscere-
tur, sepius in dignissimis modis re-
compensaretur.. Quo eodem anno

Victorinus Stabiensis Episcopus, à Cle-
mente VIII. acerrimi judicij ac pru-
dentiae Romano Pontifice, ad eam Ca-
thedram pro dignitate electus & cre-
atus est, qui præfens ipius dum Victo-
rinus Episcopatus pessimationem adiret,
prudentibus viri responsis, & recon-
ditiore doctrina usque adeo captus est,
ut eo impensis collaudato affuerit:
Cathedra quidem à se satis consertum esse,
Aniſtii non item, quem nimur longe
sublimioribus dignum astimaret;
uti non multo post Arianensi vacante
Cathedra ad illum pontificatum
provexit, altius promoturus si per vi-
tam licuisset. *Ferdin. Agbellus, M. Ant.*
Scipio, Arn. Duac. & plures alij.

Moriuntur hoc etiam anno duo
insignia Ordinis ornamenta, alter Clu-
niacensis, alter Cisterciensis Reforma-
tionum Ordinis nostri singularia sy-
dera: Franciscus Oliverius Oliverien-
sis Comitis verè Illustrissimus filius,
sacrae familie Cisterciensis in Regno
Aragonum. Generalis Vicarius, ad
Philippum II. Regem in causis totius
Regni Legatus, tantus omnino vir, ut
ipsi non semel, omnium Regni pro-
cerum calculis, summi honores & mu-
nera decernerentur, alter Joannes Fre-
miotus Cenobij S. Benigni Divionen-

sis Monachus & Infirmarius, insignis
pietate & Nobilitate vir, Andrea Ar-
chiepiscopi Bituricensis patruus, hoc
à morte Epiphilio decoratus:

*Joanni Fremoto, Patricio Divisionen-
sis, Canobite Benigniano seculo irregulari
Regule observantissimo, Sanctimonia &
bonitate insigni, Mathematicæ & Mech-
anice soleri, ad vitam, quam diligentibus
se Christus reprovisit, præcoxi morte pro-
perans A.D. 1598. 4. Id. Julij. Ex His-
toria & Chronologia Divisionensi, Cl. Ro-
berto & varijs Gall. Script.*

Admiranda in omnibus Dei Gra-
tia, sed in sexu in primis fragili mulie-
bri, tanto semper apertius se prodit,
quanto etiam virorum eti rigidissi-
mum vita rigorem, excellere gestit,
imo suas & virorum supergressa vires,
solius Numinis operatione & motio-
ne tanta posse in imbecillissimis mani-
festum reddit. Talis hoc ipso tem-
pore, non in uno solum, sed pluribus
Monialium Cenobijs, conspicuum sece-
nitum reddit. Ex his Monasteriis
ad luxa & fluxa defluentibus, ipsis quo-
que Religiosis super natura in dies in-
firmiore quiritantibus, quid sua posse
gratia, & potuerit semper, novis ex-
emplis comprobaret, & stupente su-
per rigore Fuliensium nostrorum Gal-
liâ atque Italia, delicatissimas etiam
Virgines excitaret, & saepe majora-,
quam in viris efficeret, ita ut integra
Monialium Monasteria, nullâ ex debili-
mis exceptâ, Fuliensium sece-
nitum rigoruliro devoverent, & quod
mirabile! omnes singulaque ea qua
cooperant generositate, pari quoque
constantia, ad finem usque vita
prosequerentur. Ex his Monasteriis Vir-
ginum Tolosanum inter prima, si non
præcipua fuit, in quo Jaquelina de
Dimpatalla. Domina de Margalda-
do Priorissimam omni perfectionis nota
illustrissimam agebat, hæc sub hoc ip-
sum tempus extincta, & ad superos
translatâ suffecta in ejusdem locum
est Domina Margarita de Polastron,
Jaquelina quondam secundum car-
nem mater, postea filia; utraque tan-
ti rigoris non solum observantissima
Fuliensium discipula, sed promotrix,
& Magistra ceterarum, imo sanctitatis
& Virtutum omnium Regula & Idea,
ut usque hodie Viraginestis, & Ama-
zones, omnem effeminatorum Reli-
giose.

Franciscus
Oliver.

Ioan. Fre-
miotus
Mon.

Jacquelina
na de Dimp-
atalla

Margarita
de Pola-
stron

giosorum confundant delicatam viræ rationem. Ex Philippo Malabayla, Carolo à S. MARIA &c.

*Erminus
Francois
Abb. Latt.
biens.*
Mortalitatem exuit hoc eodem anno Erminus Francois Monachus & Abbas Laubiensis vir egregius, rebus Divinis deditissimus, arctissimæ disciplinæ observator & promotor strenuus, non sine opinione magnæ perfectionis & sanctitatis. Ex Monim. Laubiens.

IESU CHRISTI ANNU S.M. D.XCIX.
Sancti Patris Benedicti. M.CXIX.

*Ian. Len-
taillor
abb. de
Bret. P.P.
meritum.*
Iterum memorabili Benedictino rum, consueto tanto decursu fæculorum in diversos Ordines beneficentia & Liberalitatis Benedictinæ studio, solemniter stabilitur à Matthæo Moulart nostro Atrebateni Episcopo, celeberrimum & Magnificentissimum, Patrum Societatis Jesu in prædicta urbe Collegium, maximo sumptu constructum à Reverendissimo Domino Joanne Lentailleur, Aquiscinctini Cænobij Abbatte laudatissimo: cuius Collegij Rhetoribus scribens doctissimus Lipsius epist. 50. Cent. I. Habetus, ait, *Doctores fato natos, fas ita loqui, ad optimas artes, & cum eis pietatem excolendam, audite, sequimini, & militate sub felici illo signo, &c. Qui postea Abbas immortalitate dignissimus, pro meritis à morte plausibiliter laudatus fuit ab Universitate Duacena eique merito tanquam Mecenati, & parenti tot virorum eruditorum solemnissime parentatum. Claud. Robert. Joan. Bucelinus, Monim. Aquiscinct.*

*Philippus
Caverellus
de re littera-
ria me-
nissimus.*
Contendit hoc ipso anno cum Aquiscinto Præfule, vix adito Abbatis apud Vedastinos honore immortalis memoria Antistes Philippus Caverellus, & alterum haud impari magnificentia Duaci condit Collegium, vulgo Vedastinum dictum, in quo Vedastini Ordinis nostri Religiosi, ab ipsa Universitatis fundatione, ad hanc usque horam, Philosophiam, Theologiam, ceterasque liberales artes profitentur, magno cum honore Ordinis & gloria, sed & fructu maximo juventutis. Ex Monumentis Vedastini, & inde communicatis, sed de Caverelli rebus præclarè gestis plura deinceps.

Incredibilis labor, cum merito patientiae, constantiae, & solidissimæ charitatis incomparabili sanctæ memorie

Mariæ nostræ de Bellovillare Abba- *V. Maria
tissa Montis Martyrum in obstinatis
villare ag-*
simis Monialium sibi creditarum ani- *do Bello.*
mis evincendis, ipso etiam Archiepi- *nnes.*

scopo Parisiensi, cuius curæ suberant, Petro de Gonde, viro Religiosissimo nostrorumque longè amantissimo, oleum & operam perdente, cùm sua Auctoritate orando, monendo, obsecrando in propria persona, saepius occurrens, nil nisi sublannationes, opprobria & contumelias referret, Maria tamen nostra suffragijs Dei ipare frera, inexplicabili mansuetudine, ipsoque admirabili vita exemplo fluetus omnes feliciter eludente, nova ædifica moliente, & in iisdem Regulari Clausuram, ut vocant, inducente, & cum supra celebratis ejusdem Cœnobij Professis monialibus, Catharina & Maria d' Alveguin, spiritu non minus quam carnesororibus eaque quam secum duxerat sanctæ mentis puellæ, animos denique aliquarum lucrantibus, donec, ut deinceps audiemus, proprio Numine, gloriosè triumpharet, & tantum Monasterium, *Benedicto Patri in suis Redivivo assereret. Ex
Vita ejusdem.*

Supremum & fatalem hunc [nobis Natalem] habet annum 1599. Reverendissimus in Christo Pater ac Dominus, Joannes à Plutzel, frugi & antiquæ probitatis Abbas Monasterij S. Matthiæ Trevirensis, cuius elogium integrum ex Mesenich transcribere placuit:

*Hic igitur Abbas fuit summa in Deum Religione, justitie & aequitatis studiosissimus, carnis sue dominus egregius. Regularis discipline observator exactiorque diligenterissimus, in frequentatione Chori auditus, in celebratione quotidiana, in sublevandis pauperum necessitatibus mira en- pauperum
tuit liberalitate. Quo in studio dum tem- Meænas.*

poribus dirissime famis illius que circa annum Domini 1580. totam penè Germaniam miserrimè depopulabatur, sedulo verset, accidit mirabile dictu, ut quamvis ad imperium Domini Abbatis, expau- cis, que Monasterio reliqua erant fructibus, quotidie indigentibus copioissime subveniretur: hydriam tamen farinula (ut cum Scriptura loquamur) Deo utique sic volen- te, simul ac benedicente, ad ostendenda tanti viri merita, Diminutionem nequaquam senserit, sed usque ad finem tante X CAR-

*Successus
Reforma-
tionis.*

*Joannes
Abbas S.
Matth. Tre-
virensis.*

vii.

viii.

vix.

vii.